*Illi* Christi typus et precursor fuit Samson, *Judec.* xii, 24: sicut enim Judei a Philistis oppressis Deus nasci fecit Samsonem, qui populum suum ab hostium tyranno liberaret, indeque vocatus est **נָשׁוּב spesem**, id est *sol*, et **vv spes**, id est *gravisus* est; vel potius Samson, id est parvus sol, ut sit diminutivum a *spesem*, q. d. Israel in tenebris, merore et servitu constituto, ortus est soliculus, id est parvus novusque sol, puta Samson judex et vindicta, qui tenebras hasc despallat, et Judeos nova luce, libertate et letitia perfundat et recreat. Ita parvus Christus versus Samson, orbi a peccatis et erroribus oppresso datum est a Deo quasi sol oriens ex alto, qui peccata in primo adventu, sed erroribus omnes et mortem in secundo fugabit et abolebit; tumque non amplius dicent: *Ubi est Deus iudicet?* Videbunt enim solem justitiae, puto Christum, qui juste pro meritis puniet impios, et premabit pios. Plura de sole dicta *Isai.* cap. XLV, 6, ubi ostendi solē esse symbolum regis et multo magis Christi Domini, qui est Rex regum.

Denique noster Martinus de Roa, lib. I *Singular.* cap. xiv, censem Christum vocari solem justitiae, id est verum justum amicum, qui radios sue beneficentiae in fideles suos, quasi amicos effundat: solem enim apud sacros et profanos scriptores amicitiae esse symbolum, ob quinque analogias. *Prima* est: unicus est sol, et unicus debet esse amicus; plures stellae, plures familiares, juxta illud *Ecli.* vi, 6: « Pacifici sunt tibi quinque stellae, consiliarius unus et mille. » *Seconda*, sol Europa est aerea gleba, Homero restis aerea e celo in terram demissa, ex quod ipse aurum gignat in imis terra visceribus: ita amicus est aurum optimum, thesaurus ingens, *Ecli.* vi, 14: « Amicus fidelis protector fortis, qui autem inventit illum, inventi thesaurum. Amico fidei nulla est comparatio, et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius. » *Tertia*, sol semper est aeterna juventa: sic amicitia perpetua et constans esse debet, nec temporum varietae labefacta, nec vetustate consumi. *Quarta*, sicut sol sua luce cuncta collustrat, et viarum difficultates aperiit, et qua sit eundum ostendit: ita etiam amicorum est commoneare amicos, et vita pericula, et morum offensiones, et que vivare, que amplecti debeat communostare. Ita dicitur *Judic.* v, 31: « Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent, » id est

radios emittant, quibus alii tum illustrantur, tum etiam incanduntur ad verum decus, veramque virtutem. *Quinta*, sicut sol est benevolus et beneficus: sicut et amicus. Dicitur ergo Christus per Antoniam sol justitiae, id est justus verusque sol, benignus, liberalis, bona sua omnibus impertiens: et sanitas in pennis ejus, hoc est, in radis ejus; quia « amicus fidelis est medicamentum vite et immortalitatis, » *Ecli.* vi, 16. « Sanitas » ergo « in pennis ejus, » quia ipse solalor mereentes, recreat afflictos, confirmat labantes, jacentes excitat, iratos mitigat, omnibus denique omnia prestat officia amicitiae et charitatis. Hic nimirus est sol justitiae: quia nemo omnium est, qui hominibus vel commendari magis, vel magis illuxerit, quam Christus. Hinc promittitur fumentibus et amantibus Deum: magnes enim amoris est amor: amicorum Dei primum est sol amicitiae.

Symbolice, S. Augustinus, *epist. 119 ad Januarium*, cap. v: In Proverbii (Eccles., xxviii, 12) <sup>Symbol.</sup> Christi legitur: Sapiens sicut sol permanet, statutus autem sicut luna mutatur. Et quis est sapiens qui permanet, nisi sol justitiae, de quo dicitur: Orus est mihi sol justitiae, et quem sibi non fuisse orum in die novissimo plangeat impii, dicturi sunt: Et justitiae lumen non lux nobis, et sol justitiae non ortus est nobis? Nam istum carnis oculis visibilis solem oriri facit super bonos et malos Deum; qui etiam pluit super justos et injustos. Quis est ergo ille statutus, qui tanquam luna mutatur, nisi Adam, in quo omnes peccaverunt? Anima quippe humana recedens a sole justitiae, ab illa sollicita interna contemplatione incommutabilis veritatis, omnes vires suas in terrena convertit, et eo magis obscuratur interioribus ac superioribus suis. » Et inferioris:

« Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis eum ipso in gloria. Obscura videtur Ecclesia in tempore peregrinationis sue, inter multas iniurias gemens, etc. Orietur, inquit, in diebus ejus justitia et abundantia pacis, donec interficiatur luna: id est abundantia pacis in tantum crescat, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat. Tunc novissima iniuria destruet mors, et quidquid nobis resistit ex infirmitate carnis, unde nobis perfecta pax nondum est, consumetur omnino, cum corruptibilem hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem. »

Tropologiche, irascenti et peccanti occidit, manu-suelo et justo oritur sol justitiae. Unde S. Augustinus, *hom. 43. inter 50*: « Non debuit, inquit, occidere sol super iracundiam vestram, et multi soles occiderunt: transcat aliquando iracundia vestra, dies magni solis celebramus; illius solis, et vite pericula, et morum offensiones, et que vivare, que amplecti debeat communostare. Ita dicitur *Judic.* v, 31: « Qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent, » id est

**mox**: « Si ergo irasceris, ne occidat sol iste in corde tuo super iracundiam tuam, ne forte et occidat tibi sol justitiae, et in tenebris remaneas. Ne putetis autem quia nihil sit iracundia: Turbatus est praे ira oculus meus. Utique cui turbatur oculus, solem videre non potest, et si combatus fuerit videre, ponat illi est, non voluntas. » Notent hic pastores (quod nonnullos facilitare vidi et audiui) ut plebem die solis, id est Dominum, convenientem ad Ecclesiam, monente de dimittenda ira, omnime peccato, eo quod sit ille dies Domini, in quo ortus est eis sol justitiae. Rursum S. Bernardus, *epist. 107*: « Vobis, inquit, qui timitis Deum orietur sol justitiae. Manenitus igitur in tenebris filius sol justitiae, evadit in novam hanc lucem lucis filius de potestate tenebrarum, si tamen jam fidenter Deo dicere potest: Participes ego sum omnium timentium te. »

**ET SANTUS IN PENNIS EIUS.** — Hebrei **נְשָׁמָן** <sup>Symbol.</sup> *bennaphach*, id est *in aliis ejus*. Poetice pennas vocat radios, primo, quia vestimenta, ornata et stipant solem, sicut penne aut come avem. Unde ab Hornero vocatur auricomas sol. Et Virgilius initio lib. VI *Aeneid.* loquens de Dädalo :

Præputibus penis annus se credere cano, etc.  
Reddito his primum terris tibi, Phœbe, sacravit  
Remigium alarum.

Sol enim vocatur Phœbus, quasi *φαέως*, a φεω, et φεω, id est *luz vita*.

**Secundo**, quia sol celum moverat et quasi volat ut avis, juxta illud de sole, *Psalm.* xviii: « Exsultavit ut gigas ad currendum viam: a summo caelo egresso avis, et occursum ejus usque ad summum ejus. » Sol enim tam velox est, ut uno die naturali, id est 24 horas, conicit millionem milliarium, et insuper 140 milia circumdem: quod tantundem est, ac si totum terrae ambitum circumcurreret quinqueages, ut ex astronomico docui, *Gen. 1, 16*. Insuper sol oriens radios suos quasi pennas velocissimas in momentum spargit per totum hemisphaerium.

**Tertio**, quia sol, presertim oriens, utramque radios in eam figuram expandit, ut videatur esse avis exensis ari, juxta illud *Psalm. cxxxviii*, 9: « Si sumpropter pennas meas dilucido; » Hebreice, *Si sumproptera alas aurora*. Que verba de Christo intelligit S. Augustinus: « Qui cum sumpset pennas suas in resurrectione, jam corpore non gravatur. » Hinc *Egyptii* solen pinxerunt quasi aven, longas spargentes pennas circumquaque, eamque vocarunt phenicem. Phenix enim non est avis vera, sed symbolica, puto sol, ut ostendit *Genes.* vii, 2. Hinc unicum dixerunt esse phenicem, quia unicus est sol in mundo; eumque degere Heliopoli, id est in *urbis solis*, atque interiore et renasci, quia sol occidens vespera, mane rursum oritur et quasi resurgit, juxta illud Ovidii *Metamorph.* XV :

Una est que reparet, seque ipsa resemblat ales.

Exstat apud Lacantium incerti Auctoris elegans carmen de phenice, in quo tota ejus historia, vel potius fabula enarratur, ubi inter cetera phenicem vocat avem solarem. Inter cetera ergo sie de ea canit :

Paret et obsequitur Phœbo memoranda satelles, etc.  
Lutea cum primoru surgens aurora rubescit,  
Ter quater illa pias immixtus corpus in undas,  
Et conversa novis Phœbi nescientis ad ortus,  
Espectat radios et jubat exorties.  
Incipiit illa sacri modulamina fundere cantus,  
Et mira lucem voce cœre novam.

Sicut omnes pene ave cum sole occidente dormire, et cum oriente vigilare incipiunt; unde manus cantillam, cantuque suo solem orientem salutant. Pergit Poeta de cauda et pennis phenicem :

Caudaque porrigit fulvo distincta metalla,  
In eius maculis purpure mixta rubet.  
Claram inter penas insigne est desuper iris,  
Pinguis eam nubem desuper alta solet.  
Aequator toto capiti radiata cornua,  
Phœbem referunt verticis alta decus.  
Effigies inter pavonis mixta figuram  
Cernunt, et mixtum Phœnidis inter avem.  
Est levis et velox, regali plena decore:  
Et rara volucrum turba salutat ovans.  
Altissima stipata chorus volat illa per altum,  
Turbaque prosequitur munere lata pīo, etc.  
Ipsa sibi proles suus est pater, et suus heres:  
Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi:  
Ipsa quidem, sed non eidem, quia si ipsa nec ipsa est:  
Eternam vitam mortis adepta bona.

Nimirum phenix est sol, cuius cauda, penne et co-mensuunt radii in longum, latum et altum expansi, qui partim alblicant, partim rubent, suorum loco in nube roscida faciunt iridem; atque pulcher et speciosus est, æque ad magnificus et velox in recessu, uti pavo trahens post se eleganta sympha cauda, pula radiorum longe lateque expansorum; unde in ortu eum aves, animalia et homines salutant. Ipse sibi est pater, et filius, qui post occasum ex seipso quasi rursum oritur et renascitur, itaque continuo suo occasu continuum sibi parit ortum, et quasi vitam eternam, cuius æque ad resurrectionis est hieroglyphicum. Quocirca ad hoc phenicis symbolum videtur hic alludere Malachias, imm illud ipsum suis verbis representare, dum ait: « Orietur vobis fumentibus nomen meum sol justitiae, et sanitas in pennis ejus. » Perinde ac nonnulli consent fecisse Jobum, cap. XXIX, 18: « In nudilo meo moriar, et sicut palma multiplicabili dies. » Ubi Tertullianus legit: *Ei sicut phanex multiplicabili dies*: graecum enim επίστιμον apud Septuaginta et phenicem, et palam, ob similem longevitatem, significat. Plinius enim, lib. VII, cap. XI, asserit phenicem vivere 660 annis. Sic et hebreum **נְשָׁמָן chol**, quod Noster Job. XIV, 18 verit, palmo, veteri Hebrei et moderni, R. Salomon, Tigurina, Cajetanus virtutis,

*phœnix*. Unde Philippus presbyter in Job xxix : Fieri, ait, potest ut Job in similitudinem avis illius (*phœnix*) dicat se per mortem in cinere carnis, velut in nido pro tempore moriturum, et inde resurreeturum in gloriam et multitudinem dierum. Idem asserit Beda.

**Phoeni-  
symbo-  
lum  
Christi  
morien-  
tis et  
resur-  
gentis.**

Quocirca phoenix est symbolum Christi (et con- sequenter christianorum) morientis, et gloriose ex se ipso et sua virtute resurgentis, ut insit Aldrovandus in *Phoenice*. Porro sanitas est in penis solis, quia sol suis raditis plantas, anima- li et homines nocturno frigore languentes, tor- pentes et quasi emortientes excitat, roboret, vivi- ficat, leuitificat, itaque quasi omnium creatu- rum languores et vulnera sua luce, radis et ca- gulae sanat. Jam sensus est primo, q. d. Veniet Christus, qui quasi phoenix et sol justitiae orientem

Sol et lumen sanat. Jam sensus est *primo*, q. d. Venit Christus, qui quasi phenix et sol iustitiae orientis in mundo, quoquecum suas alas et penas, hoc est, radios sue predicationis (unde Syrus et Arabicus vertunt: *Santias super linguam ejus*) gratia et virtutis extendet, ibi omnes infirmitates corporis et animae sanabit. Nam, ut ait S. Marcus cap. vi. 63: «Quotquot tuebant eum, salvi fiebant; » uia hemorrhoidum tactu fibrinæ, que quasi ala et pena erat (teste Iesychio hom. De S. Mar.) vestis Christi, sanata est a fluxu sanguinis, *Luc.* viii. 44. Rursum sicut sol sua luce fugat serpentes, lupos, tigrides, omnnesque feras sevas et noxiæ: ita Christus sol iustitiae suo adventu in orbem demones effugavit, idola contriti, peccata delevit, mundumque infrinuit, imo mortuum sanitati et vita restituit. Ita Theodoreetus. Idem facit quotidie, dum exoritur in fideliuum animis, sive peccatorum, sive justorum. Nam ex eis vel diemones, et peccata gravia, vel levia, concupiscentias, tentationes, mala cogitationes, omnnesque infirmitates depellit et sanat, ut homo sibi redditus, sanus et vegetus incipiat operari opera non tantum sancta, sed et heroiæ, quibus perfectionis christiane apicem et culmen concendant. Verum quia huius agituri non de primo, sed de secundo adventu Christi, quo ipse iudex, quasi sol iustitiae, piis in hac vita afflictis et oppressis summa robur, decus et gloriam restituet, ino in immensum augebit; hinc

**Secundo.** Secundo et genuine, haec cum eodem Theodosio, Ruperto, Lyrano et aliis, incipias de sanctitate, quam consequenter beat a Christo in die iudicij, q. d. o. viri pli, gemitis in hac vita, quod in iustis ab impisi oppressimani, incarceratedi, libertate privimeti, ut vos, o Iudei, in Babylonie, quasi in carcere caco a Chaldeis conclusi fuistis; verum atlollite animos, sustinetis fortiter. Et brevi oratione vobis soli iustitiae, puta Christus iudex, qui illorum iustitiam, et vestram iustitiam coram toto ore celebrabit, remunerabitur. Rursus in hoc saeculo affligimini mille infirmitatibus et arcaminis, ut spoliatio bonorum, paupertate, squalore, morore, fame, siti, mortibus, verbaribus, vulneribus, morte et martyrio.

Tolerare : en brevi sol justitiae penas, id est radios sanitatis sue, in vos diffundit, quibus omnia vestra vulnera, omnes plagas, omnes merores et infirmitates dispellit, ut sol tenebras, easque plene et perfecte sanabit. Nam corpora vestra afficta et corrupta et sepulchri et cincubitus suis educt, resuscitat, beabit et glorificabit, ut sallatius quasi vituli de armento. Quicquid sanitatis haec multa complectitur : Christus enim in resurrectione omnes exigitudines non solum corporis, sed et animae persinabat. Sanitas ergo corporibus primis, erip illa ejus resurrectio; secundis, immortalitatis; tertio, impossibilitatis, ut nec ab igne, nec a gladio, nec ab hoste, nec a demoni, nec ab ulla re creatu amplius ledit aut pati possit; quarto, agilitas; quinto, subtilitas; sexto, claritas; septimo, felicitas; octavo, gloria, puta omnis decor, omnis honor, omnis suavitas, omnes deliciae, omnes opes, omne quod delectat.

Santias vero anime erit *primo*, letitiae inenarrabilis, que omnem mororem a mente, et omnem lacrymam ab oculis absertet, iuxta illud *Ios.* xxxv, 10; « Letitiae sempiternae super capit oculum: gaudent et letitiam oblinebunt, et fugiet dolor et gemitus. » *Secundo*, integratis omnibus animis virium: nam, ut ait S. Propper, lib. *I De Vita contempl.* cap. iv: « Ibi erit intellectus sine errore, memoria sine oblivione, cogitatio sine evagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione, sataritatis sine fastidio, et tola sanitas sine morbo. » Animis enim per peccatum Adi sanctiata est in intellectu, per obscuritatem et ignoriam; in voluntate, per proclivitatem ad honos caducas; in irascibili, per varios metus et formidines; in concupiscibili, per infirmitatem et concupiscentiam multimplicem, etc. Christus in celo haec omnia sanabit, dando intellectui lumen et scientiam, voluntati constantiam in bono, irascibili heroicam fortitudinem, concupiscibili honestatem et rectitudinem, ut nil nisi honestum et rectum conceperit. *Tertia*, sanctis animis erit lumina gloria, visus et fructu Dei, ac doles gloriose que ex ea consequentur, et derivabuntur in omnes animae vires et potentias, et ex illis in corpus. Unde S. Augustinus, epist. 36 ad *Dioscorum*: « Ut ex eis plenissima beatitudine, que in fine temporis Sanctis reprobatur, redundet etiam in inferiore naturam, quod est corpus, non beatitudo, que fruentis et intelligentis est propria, sed plenius sanctitatis, id est incorporationis vigor. »

Moraliter, hec sibi applicent, ruminentque martyres. En patimur pro Christo, ungulis lacraramur; dentibus ferarum laniamur, scorpionibus disperimur; cataspsis distendimus; gladius truncamur, ignibus torremur: veniet ecce, et brevi veniet sol iustitiae Christus judex, qui membra nostra lacerata, laniata, discussa, truncata, tosta restituat, sanabit, et eterna gloria decorabit. Hec co-

gitabas, o S. Laurenti, cum in criticula assaseris, et tamē insulabas tyranno. Hac ruminabas, o S. Vincenti, cum non tantum omnia corporis tormenta, sed et Dacianum tyrannum generose visisti. Hec meditabaris, o S. Christina, cum a patre idololatria, quasi carnifex flagris concisa, defluentes carnis particulas in vultum patris proiecisti, dixisti : Recipe, o tyranne, carnem quam generasti.

Dicant et ponentes : Affligimur nos metipos  
jejuniis, vigilis, cilicis, plagiis; proper te, o  
Christe, morilitefac tula die, qui speramus  
earnis resurrectionem, in qua tu illam emacia-  
tum, lividam, contractam, emortuam, nobis suc-  
cumentam, roseam, floridam et radiamentum  
resti-  
tues; quando nimur reformati corpus humili-  
tatis nostra, configuratum corpori claritatis tuae.

Dicant et morentes, certantes ac lucientes dicunt:  
Ecce lugens in presenti vita, moestus flamus,  
suspiramus, ingemiscimus: nunc caro, nunc  
mundus, nunc diabolus nos tentat: nunc scripturam  
angust, nunc suspiciones et timores deprimitur,  
nunc cholera irritat, nunc calamitas, probara, ir-  
risiones affligunt, nunc labores fatigant, nunc  
dolores penitus exanimant, et illucce, o sol juxta-  
titia! penas et radios sanitatis tue in nos dif-  
fundit, ostende nobis faciem tuam, et salvi eri-  
mus. Eia, Domine, aspiret dies sanitatis, et in-  
clinetur umbra infirmitatis. Eia, aspiret dies  
eternitatis, et inclinetur umbra mortalitatis, ut  
pulsus ineroribus, timoribus, scrupulis, tentationibus,  
doloribus, aspirent menti nostre pacem, se-  
renitas, robur, integras, gaudium et jubilus  
sempiternas. Quoties ergo te infirmitas animi  
quoties dolor corporis premit, cogita: Orietur  
brevi sol justitiae, et santitas in penis eius. Illud  
suspicere, illum invoca, illi semper mente mem-  
orie: Iba phoenix eris.

Audi illi inhiatorem S. Augustinum in *Meditatione* S. cap. xix: « O domus Dei luminosa et speciosa dilexi decorum tuum, et locum habitationis glo-

rie Domini Dei mei : tibi suspirat peregrinatio  
mea nocte ac die, tibi inhibet cor meum, tibi  
tentat mens mea, ad societatem beatitudinis tua-  
pervenire desiderat anima mea : dico ei qui feci  
te, ut possideat me in te, quia ipsa fecit me et te.  
El paulo post : « O Jerusalem, domus Dei aeternae,  
post Christi dilectionem tu esto letitia et consola-  
tio mea : dulcis memoria tui beati nouitii si  
revelatio misericordie tediiorumque meorum. Tede  
enim me, Domine, valde vite huic, et istuc  
eternummodo peregrinatio. Vita hinc vita miseraria  
vita caduca, vita incerta, vita laboriosa, vita im-  
munda, vita dominia malorum, regna superbo-  
rum, plena miseriae et erroribus, que non es  
vita dicenda, sed mors, in qua momentis singula-  
lis morimur per varios mutabilitatis defectus, di-  
versis generibus mortium. Numquid ergo ho-  
quid vivimus in hoc mundo, dicere possumus  
vitam quam humores fumidant dolores exte-

nuant, ardores exsiccant, aer morbidat, esca inflant, jejuna macerant, joci dissolvunt, tristitia consumunt, sollicitudo coactat, securitas hebetat, divitiae instant et iactant, paupertas dejectat, juvenitas extollit, senectus incurvat, omnibus frangit, moror deprimit? Et his malis omnibus mors furibunda succedit, simulque cunctis gaudis istius miserae vita finem imponit, ut cum esse desiderit, non fuere putes. Mors ista vitalis et vita mortal, fletis hiatisque si respersa amaritudinibus, proh dolor! quam plurimos suis capit illecebris, et quam multos suis falsis promis-  
sionibus decipit? Deinde sanitatem quam afflit-  
rit Christus judex suis electis, ita depingit: «O vita, quam preparavit Deus his qui diligunt eum vita vitalis, vita beata, vita secura, vita tranquilla, vita pitha, vita mundia, vita eusta, vita sancta, vita ignaria mortis, nescia tristitiae, vita sine labore, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbatione, sine varietate et mutatione, vita totius eleganter et dignitatis plenissima : ubi non est adversarius impugnans, ubi nulla peccati illa cebra, ubi est amor perfectus, et timor nullus; ubi dies eternus, et unus omnium spiritus, ubi Deus facie ad faciem cernitur, ethioe vite cibo mens sana defectu satifatur. Libet me tu intendere clarificare, delectant me bona tua : avido corde quanto plus valeo mecum considerare, tanto plus amore langeo : tuo vehementi desiderio, haueo dulcem memoria admodum delectorem.»

EGREDIEMINI, — scilicet de hoc seculo et vita  
quasi de carcere, ut ingrediamini in alteram he-  
tam et immortalem. Ita S. Hieronymus, Remigius,  
Albertus et Valerius. Aut potius, e egrediemini  
in die iudicii (de eo enim hic agitur) de sepul-  
critis, cum Christus sol justitiae suis pennis, id es-  
radis gloriae, vos resuscitabit et sanabit, aspiran-  
tibus vitam gloriosam. Ita Theodoretus. Unde  
et Tertullianus lib. *De Resurrect.* cornis, cap. xxxv  
legit : *Exibitis de sepulcris, veluti vituli de vincula-  
soluti.*

**ET SALIETIS SICUT VITULI DE ARMENTO.** — Hebreum **וְשׂוֹר** pas significat crescere, impinguari luxurianti, lascivire, saltare ex pausto, gaudio petulantia, ut faciunt vituli saginati. Unde Chaldeus, Tegiruna et alii vertunt: *Augestis, vel pinguisetis sicut vituli saginati*. Pagninus, *sicut vituli saginati*, id est atliles; Septuaginta: *Saleptis, sicut vituli de vitulis relaxatis et soluti, ut legat* Tertullianus lib. *De Resurcat. corn. cap. XXXI*: *vituli enim pro aliis animalibus salunt, et per vituli sunt (unde vitulus dicitur a vitulando, id est, lasdiendo). Hinc vinculus constringendum, id quo dum iis exsolvuntur, quasi carcere liberati, praeterea gaudio mire exsiliunt (ut et pueri scholis emissi), praserunt dum saginantur: igitur enim sanguine et spiritibus vitalibus abundant. Porro vituli teneri domi in stabulis saginantur lacte: maiores vero in pascuis cum armento, et est grexa bovinum et vaccinum. Itala Nasica scribit:*

tit: «Sicut vituli de armento,» id est sicut vituli armati, qui cum armento pascuntur, ideoque juxta suas matres aliquos vitulos et boves sibi congeneres, sibique similes, letabundi exsultant. Omne enim animal gaudet sibi simili, cum eoque delectatur, et si juvencum sit exsultus. Unde Rupertus, et ex eo *Delrio adagio* 1027, «vitulum de armento,» explicat *vitulum armentarium*: nunc qui cum armento vagatur, vinculo liberatus est ideoque exsultis. Aut, «vituli de armento,» id est separati ab armento, positique in stabulis, ut ibi saginatur. Significat haec phrasis Malachias miran exsultationem piorum, qui in hunc mundo quasi in carcere ab impiis (velut Judei in Babyloniam a Chaldeis) pressi et oppressi fuerint, in resurrectione a Christo ita sonantes, ut sint succulentis speciosi, fortes, immo gloriosi, ideoque quasi vituli saginati incredibili gaudio exsultent, iuxta illud *Sapient.* iii, 7: «Fulgebunt justi sicut sol, et sicut scintilla in arundine discurrent.» Unde Mariana sic explicat: *Salexis*, inquit, id est pre gaudio choros plaudentes, iuxta illud *Psalm.* cxlv, 5: «Exsultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis.» Vox ergo *salexis* significat *prius*, plenam sanitatem, robur et vigorum corporum beatorum; *secundo*, legitimam ingentem, unde Vatabulus verit: *Dissilites huc illic;* *tertio*, dactem agilitatem, inquit Suarez III part. *Quest.* lvi, art. 4, disp. XLIV, sect. v, ex *Innocentio III.* quia instar fulguris discurrente celeriter quaque versum, ut ubi voluerit esse spiritus, ibi protinus sit et corpus, iuxta illud *Isai.* xl, vers. ult.: «Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assumunt pennas ut aquila, current et non laborabunt; ambulabunt, et non deficiant.» Unde S. *Angelus*, lib. *De Semitibus*, cap. li, asserit beatos in agilitate similes fore angelis, quia a celo ad terras dicto celi dilabuntur; impis vero pre pondere neque pedes, nec manus, nec aliud corporis sui membrum moluros, aut movere posse. Et cap. lii, doceat beatum, si velit, posse terram loco suo mouere; dannatum autem nec vermes ab oculis amovere. Huius rei symbolo sancta illa animalia, *Ezechiel.* i, 14, «ibant et reverberabantur in similitudine fulgoris coruscantis.»

*Quarto*, vox *salexis* significat mutationem in genere beatorum, per saltum quem e terra facient in celum. *Salexis* ergo et coeno ad coenum, et morte ad vitam, ex aerumnis ad gloriam, et sepolcro ad thronum Dei et Agni. Ita sponsa, id est Ecclesia beatorum, imitabitur sponsum Christum, de quo *Cantic.* n. 8, ait ipsa: «Vox dilecti mei: ecce iste ventus sailiens in montibus, transilens colles. Similis est dilectus meus capreus himmlique cervorum.» Christus enim ingentes dedit salutem, dum e celo salit in uterum Virginis; ex utero in preseptum, et presepio in cruce reddit in celum.

*Quinto*, caelestes choros et choreas, ovationes et plausus beatorum. Alludit ad Iudeos, qui trans-

ito mari Rubro et submerso Pharaone, sacros batochos precentes Maria duxerunt, *Ezod.* xv, 20, rum ac peracta peregrinatione 40 annorum per desertum, quiete et late incolentes terram promissam, qua typus erat coeli et coelestis beatitudinis, in festo Tabernaculorum inter alia letitiae signa, tenentes manibus palmas saltabant, et choreas ducebant, ut ostendit *Levit.* cap. xxiii, 40. Quo analogio representabant choros beatorum in celis, ubi peracta Victoria palmati, perenne agent festum Tabernaculorum, iuxta illud: «Laudate eum (Dominum) in tympano et choro,» *Psalm.* ci, 4. Et: «Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis,» *Psalm.* xlvi, 1. Et: «Sancti eius exultatione exsultabunt,» *Psalm.* cxxxi, 16. Et *Psalm.* lxvi, 26: «Prævenirent principes conjuncti psallentibus in medio juvenularum tympanistarum.» Et *Psalm.* cxxv, 6: «Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.»

Licit enim chorea mundanorum sit mollis et lasciva, cœlitum tamen est casta et angelica. «Sic vinum bibas ut Cato, sic terram pede pulses ut Scipio,» inquit ille. Scipio enim imperator, inquit Seneca, lib. *De Tranquill.*, in ludis et festis corpus movebat ad numeros, et tripudiabat, non moliter, sed viriliter, non facturus nominis sui detinendum, etiamsi ab hostibus spectaretur. Simili modo David salvat totis viribus ante arcam, *I Reg.* vi, 14; et Israelites coram Saulo et Davide, percusso Goliah, choros agentes cantabant in tympanis et sistris: «Pereverit Saul mille, et David decem milia,» *II Reg.* xviii, 7; ac Jephé victori a cœde hostium redempti occurrit filia cum tympanis et choris, *Judic.* xi, 34: «Chorea mundana, inquit Conrados Clingius in *Louci Theologicis*, cap. *De Choret.*, est circulus cuius centrum est diabolus, et circumferentia omnes angelii ejus. At choros celestis est circulus, cuius centrum est Agnus, et circumferentia omnes virginis et electi ejus.» *Hinc Cantic.* vii, 1, dicitur: «Quid videbitis in Sulamite, nisi chorus castorum?» *Ezod.* xxxi, 4, *de Ecclesiastica tam militante, quam triumphantie ait:* «Edificaberis virgo Israel, adhuc ornaberis tympanis tuis, et egredieris in choro ludentium.» *Ezod.* xv, 23, senior filius in convicio junioris reducens et redivivi audivit «symphoniam et chorum;» nimis hume chorum poscent nuptie Agui, quas scilicet cum Christo sponso perennes celebrabit Ecclesia, *Apop.* xix, 9, et cap. xii, 2. Quocirca S. Augustinus in *Meditat.* cap. xxix: «Ultimum, inquit, illis sanctisimis choris interessem, ut cum beatissimis spiritibus glorie conditori assistem!» Et S. Athanasius, vel polius Anasias (citat enim *Quest.* III et VIII, *Epiphanius* et *Nysseum*, qui Athanasio fueri posteriores) ad *Antiochum*, *Quest.* XXXIII: «Sanctorum, inquit, anime a Sancto Spiritu incitate, cum angelis in regione vivorum domum laudent et tripluant.»

Dos. agi-  
tatis.  
Par. an-  
gelis  
1600.

Chori et  
chorae

Vers. 3. 3. ET CALCABITIS (*Tigurina, concubitis*) IMPIOS. — Tertullianus lib. *De Resurrect. carnis*, cap. xxxi: *Concubitis inimicos.* Primo, quia eos sub pedibus habebitis: impii enim in valle Josaphat judicandi consistent; pii vero rapientur obviam Christo in aera, ibique cum eo sedebunt quasi judices. Secundo, quia tanto gaudio afficiemini, quanto afficeremini si nunc calceatis inimicos vestros, q. d. Eritis superiores improbis, eisque dominabimini. Tertio, quia quasi assessores Christi judicis dammabilis impios. Unde Pagninus verit: *Diruetis impios.* Quartio, quia per daemos quasi illos et executores sententie vestrae turbabitis eos in tartara, ubi erunt «quasi cinis sub planta pedum vestrorum,» id est instar cineris communis et humiliati, nempe contemptissimi et abjectissimi. Rursus cinis notat ignem gehennam, at Vatabulus; in illo enim erunt impii «quasi cinis,» id est aduentor ut cinis, non quod incinerandi et in cinere redigendi sint, sed quod sicut cinis in igne semper perdurat, ita in eodem perdurabunt et impii in eternum. Quid enim impii, aequa ac cinere, vilis, miseria, stupidus, aridius, sterilius? Ita Catulus:

Troja nefas, commune sepulcrum Asia Europaque:  
Troja virida, et tantum fleble Troja solum.

Et P. Sabinius:

Jam cinis, et tantum fleble Troja solum.

Seneca in *Hercule furente*:

Cadmea proles, atque Ophionius cinis, quo recidisti?

Claudianus in *Eutropium*:

Migdoni cineres, et si quid restat Edi.  
Quod percat regi.

In DIE QUA FACIO. — id est faciam, scilicet in die iudicii, quando faciam vos calcare impios, sicut ipsi in haec vita conculerunt vos, iuxta illud *Psalm.* cxlix, 6: «Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus eorum: ad faciem dindictam in nationibus, irruptiones in populis: ad alligandos reges eorum in compediibus, et nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria haec est omnibus sanctis ejus.» Et *Sapient.* iii, 8: «Iudicabunt nationes, et dominabuntur populis.» Et *Math.* xix, 28: «Vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit Filius homini in sede majestatis sua, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.»

Vers. 4. MIMENTOTE LEGIS MOYSI. — Hinc Judei contenti probare legem Mosis non fuisse abolidam per Christum, sed duraturam usque ad diem iudicii: de eo enim hic in præceptibus et sequentibus agitur. Respondet primo Rupertus, Lazarus et Vatabulus per legem hic intelligi præcepta moralia, que durant etiam tempore legis

nova, Verum obstat, quod legem hanc explicans, subdit Malachias *præcepta*, hebraice *מִנְחָה* chuckim, id est sanctiones circa sacra et ritus, puta præcepta ceremonialia; et *judicia*, id est præcepta judicialia. Secundo, alii sic explicant: «Memento legis Mosi,» ut scilicet in eis ceremonialis, ritibus et iudicis intuituamini Christum et Ecclesiam ejusque sacramenta; et *judicia*, » que in illis figurantur. Moses enim expresse de Christo audiendo ita Iudeis præcepit: «Prophetam de gente tua et de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus; ipsum audies.» *Deuter.* cap. xviii, 18. Ita S. Hieronimus, Theodoretus, Arias et alii. Verum et hoc arcu et coadiutus videtur. Nam iubere ut meminirem legis, est iubere ut eam opere compleant, ejusque sanctiones ceremoniales et iudiciales observent. Hoc autem non potuit Malachias iubere Iudeis pro tempore Christi et legis christiana.

Dico ergo Prophetam loqui Iudeis sui avi, et posteris eorum futuris, usque ad Christum: toto enim hoc tempore duravit et obligavit lex Moses. Ad eam ergo servandam Iudeos sui temporis adhortatur, quia ipsi in ea servanda refrixerant, presertim in præceptis ceremonialibus de dannis decimis et primitiis, ut vidimus, cap. iii, 8. Illos ergo excitat, eisque dat acrem stimulum ad legis observationem, scilicet representationem dei iudicii, q. d. Videat ut leges omnes a Moses prescriptas observentur, tam que Dei cultum, quam que ius proximi spectant. Nam Deus in die iudicii legis servate, vel non servate exactam a singula ratione requiretur, ac eam observantes glorificantur, non observantes condemnabunt. Nolite ergo dicere: «Ubi est Deus iudicet?» ut dixistis cap. ii, 17. Nec: «Vanus est qui servit Deo, et quod emolumentum quin custodiendum præcepta ejus? ut dixistis cap. iii, 14. In die enim iudicii videbilibus Christum esse Deum iudicem, nec vane vos servisse Deo, et præcepta ejus custodiisse. Tunc enim orietur vobis sol iustitia, et sanitas in pennis ejus, et egrediemini, et salietis sicut vituli de armento. Et calcabis impios,» etc. Ita Remigius, Albertus, Hugo, Vatabulus, Arias et alii.

Perperam ergo Victorinus et Maldonatus in *Math.* xvii, ex hoc Malachia loco et ex *Apop.* xi, 6, censem cum Elia ventorum, non Henoch, sed Mosen, ut ambo certent contra Antichristum.

In HORÆ. — In Sina, ut dixi *Ezod.* xvii, 6.

5. ECCE EGO MITTAM VOBIS ELIAM. — Post exhortationem suorum ad legem Mosi servandum, quam obiter inseruit Propheta, hic reddit ad diem iudicii, ejusque prodromum assignat Eliam.

Quæres: Quisnam hic Elias? Calvinus et nonnulli catholici, ut Burgesius, Arias, Clarius, censem esse Ioannem Baptistam, quia de eo, ad hunc Malachiam locum respiciens Christus *Math.* xvii, 10, ait: «Elias jam venit,» scilicet Joannes Baptista, ut mox explicat S. Mattheus. Et cap. xi,

## COMMENTARIA IN MALACHIAM PROPHETAM, CAP. IV.

**Elias ventus in die munda probatur quinque arcanis.**

14 : « Omnes Propheta et lex usque ad Joannem prophetaverunt. Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est. » Ali novantes per *Eliam* accipiunt quoslibet prophetas a Deo in orbem mittendos. Verum dico, certum est per *Eliam* hic verum *Eliam* accepi, non Joannem Baptistam, aut chorum Prophetarum. Probatur primo, quia Septuaginta hunc *Eliam* vocant *Thesbiten*: sic enim habent codices Vaficanii et alii: ut mirum sit in Regis et *Thesbiten* deesse. Sic et verso Arabicus: *Ecce, ait, ego mittam vobis Eliam Thesbiten*, de aero *apportionamento diei Domini terribus*. Ergo de aero *Eliam* est sermo: ne enim Joannes Baptista fuit *Thesbites*. Secundo, quia *Eliam* hic erit precursor secundi adventus Christi ad iudicium: hic enim erit a dies Domini magnus et horribilis: » *Baptista vero precepit primum Christi adventum in mundum*. Tertio, quia cum *Eliam* veniet, veniet et Christus percussurum terram anathematem, ubi indicat Propheta, vers. ult. Hoc autem fiet in secundo adventu. Nam in primo venit salvare mundum, non perdere aut percutere. Quarto, ita ad hunc locum alludens explicit Ecclesiasticus, cap. XLVII, 10, dicens: » Qui scriptus es in iudicis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob. » Et Christus *Math.* XVI, 10: » *Elias quidem, inquit, venturus est et restituet omnia.* » Quinto, quia ita interpretantur Patres Graeci et Latini, Cyrillus, Theodosius, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyranus et alii hic, S. Chrysostomus, Euthymius, Beda, Anselmus, S. Thomas in *Math.* XVI, Hypollitus lib. *De Consumptione seculi*; Cyprianus, tract. *De Sina et Sion*; Ephrem, tract. *De Antichristo*; Prosper in *dimidio temp.* cap. XIII; Tertullianus lib. *de Animali*, cap. XXXV; Justinus dial. *Contra Tryphon*, Nyssenus lib. *Testimonio contra Iudeos*; S. Augustinus, lib. XX *de Civit. xxxi*; S. Gregorius, XI *Moral.* x, Andreas, Ambrosius, Haymo, Rupertus et Aretas in *Apo.* cap. XI. Eadem fuit communis Heretorum sententia, ut patet *Math.* XVI, 10. Idem de *Eliam* predixit Sybilla, dum ita canit:

Tum quoque celesti curu deuicta inhibet  
Terras de celo *Thesbites*, signaque tria  
Ostendit toti mundo vita perennia.

Dices: S. Hieronymus per *Eliam* accipit chorum Prophetarum, qui praesibit secundum Christi adventum. Respondeo: S. Hieronymus mystice explicat *Eliam*, ut mox dicam, non litteraliter. Nam *Eliam* in persona esse venturum clare doceat ipse in cap. XI et XVI S. *Mathhei*. Instabili: *Quomodo ergo S. Hieronymus hic ait: « Judei et Iudaizantes heretici ante diluvium suum Eliam putant esse venturum? »* Respondeo quia Judei stum adhuc exspectant Messiam, ejusque primum in mundum adventum, cuius precursorum censem forte *Eliam*: hos redarguit S. Hieronymus. Et merito est enim hic duplex errorum error. Prior,

quod censeant Christum nondum venisse. Posterior, quod putent *Eliam* fore precursorum primi adventus Christi, cum sit futurus precursor secundi.

Ad argumentum initio ex cap. XVII S. *Math.* propositum respondeo, simillimos in officio, zelo, predicatione et sanctitate fuisse, et fore *Eliam* et Joannem Baptistam; quia hic fuit precursor Christi in primo adventu, ille erit precursor eiusdem in secundo adventu. Quocirca unus soritur nomen alterius, utpote cuius est antiquitus. Joannes Baptista enim vocatur *Eliam*, non in persona, sed ob similem spiritum et virtutem, ut ait Gabriel *Iacob.* 1, 18: » *Ipsa precedet ante illum in spiritu et virtute Eliae.* » Distinguit ergo Christus duos *Elias*, unum ad literam, de quo ait: » *Elias quidem venturus est, et restituet omnia;* » alterum typicum, puta Joannem Baptistam, de quo ait: » *Elias jam venit.* » Judei enim confundebant duplicum Christi adventum, eumque comminabant in unum, ante quem venturus esset *Eliam*, ac proinde aiebant necdum venisse Christum, eum quod needum venisset *Eliam*: quibus respondet Christus duplicum esse Christi adventum, et prioris precursorum esse typum *Eliam*, puta Joannem Baptistam, uti predixit Malachias cap. XI, vers. 1; posterioris precursorem fore verum *Eliam*, ac proinde cum ipsi viderent *Eliam* typicum, credere deberae jam venisse Christum, cuius ipsum fore precursorem praedixerunt Prophetae.

Mystice S. Hieronymus et ex eo Remigius: » *Post Mosen, inquit, cuius mandata specialiter documentum esse servanda, Eliam dicit esse mittendum, in Moyse legem, in Elia prophetiam significans. Et Dominus atque Salvator transfiguratus in monte loquentes habebat Moysem et Eliam in candidis vestibus, qui et dicebant ei quae passurus esset in Ierusalem. Lex enim et omnis Prophetarum chorus Christi praedicit passionem.* » Et *Mo* x: » *Mittet Dominus in Elia* (qui interpretatur Deus meus, et est de oppido *Thesbi*), *quod conversionem et penitentiam sonat* omnem Prophetarum chorus Christi praedicit passionem. »

« *Mittet Dominus in Elia* (qui interpretatur Deus meus, et est de oppido *Thesbi*), *quod conversionem et penitentiam sonat* omnem Prophetarum chorus Christi praedicit passionem. »

Quares PRIMO, cur hic Propheta injiciat mentionem *Eliam*? Respondeo *primo*, quia cap. I, 10, et cap. II, 2, praedit reprobationem judaismi et Iudeorum per Christum; ut ergo eos consoletur et Christo conciliet, praedicit hic eos rursus revocando fore, et in pristinam graiam recipiendos a Christo tempore *Eliam*, per eum praedicationem et miracula. Igitur cum eum viderint, recipient quasi verum *Eliam* predictum, ac in Christum quem *Eliam* praedicit, credent. Quocirca Judei avide exspectant *Eliam*, ut Christum ab eo designatum amplectantur. Hinc Rabbinorum de *Eliam* gnoma est: *Tibi, id est Elias Thesbites, soete dura, hoc est, nodis ommes et questiones.* Ad *Eliam* enim remittunt quidquid in Scrip-

## COMMENTARIA IN MALACHIAM PROPHETAM, CAP. IV.

tura dubium et obscurum incidit uti refert Quinqueruboreus in *Abbreviaturis Hebr.* Imo Ju-daei etiamnum, quotiescunq[ue] circumcidunt, ponunt ornantque *Eliam* sellam, censentes eum in spiritu adesse, et zelari pro lege Domini, ut tradunt Rabbini in *Thalmud*, tractat. *Berachot*, et R. David hic, et Galatinus lib. X, cap. vi. *Secundo*, quia Malachias dixit vers. 2, quod Christus timenter Deum in die iudiciorum orietur, quas, sol justitia, et sanitas in penitus eius; et egrediemini, et salietis sicut vituli de armendo, et calcabili impios. » *Talis autem fuit erit Elias;* unde congrue erit Christi precursor. Fuit enim ipse, eritque sui ex phoenix, immo sol illuminans, sanans et accendens amore Dei frigida hominum corda; unde et meruit currus ignis, quasi Phanton, rapi in celum: hinc et *Eliam* dictus est quasi *alius*, id est *soli*, ait S. Chrysostomus de quo mox plura.

Quares SECUNDO, cum *Eliam* potius quam Moses, vel cuius aliis, futurus sit precursor secundi adventus Christi? Respondeo *primo*, ob ingenium zelum, quo praet alias Propheticis a Deo donatus fuit Elias. Cum enim mitteretur a Deo ad corrigitatem socii sui corruptissimi mores, et ad idolatriam ex Israele exsirpandam, opus erat ei ad hoc perficiendum ingenii animi robore et zelo, quem proinde Deus ei indidit; eoque confixit et debellavit tam impissimam Jezebel cum Achab marito suo, quam omnes prophetas Baal, quos et occidit, III Reg. XVIII. Simili zelo opus est in fine mundi, quando refrigerescit charitas, et abundant iniquitas. Mitteret ergo zelosus *Eliam*, ut cum Anticristo configat, ut perversissimos illius anni mores emendet, itaque vian sternat Christus venturo. Mosen, licet zelosus, non congruit redire, ne videatur legem veterem suo redditu restituere, et Iudeos in judaismo confirmare: ipsi enim ad alium non appellant quam ad Mosen filios. »

Secunda. Secundo, quia *Eliam* missus fuit a Deo ad tollendum schisma, quod fecerit Jerobamo et decem tribus apostatanter a Iuda et a Deo, pro coequo adorante viis aureos in Dan et Bethel. Simili modo mitteret in fine mundi ad tollendum schisma, quod olim fecerunt Iudei a Christo et catetris genitibus fideliibus, ut eos unit Christo et Ecclesiae. Judei enim ipsi credunt, utpote iudeo, » *Et prophete suo, adeo in Scriptura celebrato, et promisso ad idem opus, quod olim fecit, iterum peragendum in fine mundi.* Hanc causam dat Malachias, cum subdit: » *Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum; et restitutere, id est ut restitutus teo et avite fidei, itribus Jacob,* » ut ait Ecclesiasticus cap. XLVII, 10.

Tertia. Tertia, quia sicut olim sub Noe mundus perit diluvio, sic in fine peribit igne confagationis. Mitteret ergo *Eliam* Propheta igneus, ut ignem instantem peccatoribus prenuntiat, con-

que ad fidem et penitentiam accendat, quo hunc ignem evadant. Hinc *Ecccl.* cap. XLVIII, 4: » *Surrexit, inquit, Elias propheta quasi ignis, et verbum eius quasi facula ardebat.* »

Quarto, quia *Eliam* ob zelum ecclasticum rapitus *Quarta*, est in celum. E celo ergo quasi ecclasticus Christi et celo venturi testis adveniet, iuxta illud *Eccles.* XLVII, 9: » *Qui receptus est in turbina ignis, in curru equorum igniferorum: qui scriptus es in iudicis temporum (id est tempore a Deo iudicato et decreto) lenire iracundiam Domini.* » Adeo id meruisse *Eliam* sua virginitas et puritate angelica. Eum enim virginem fuisse, et quidem illo anno singulari, docent S. Ignatius epist. 11, S. Ambrosius lib. I *de Virg.* et S. Epiphanius in *Anchor.*: » *Elias, ait, erat in virginitate, ut prerogativa virginitatis immortalitatem praedaret mundo.* » S. Ephrem, serm. *de Transfiguratione:* » *Asperxit, inquit, virgo veteris Testamenti virginem novi, Elias nimurum Joannem.* »

Quinto, quia *Eliam* fuit dux et antesignanus praes. *Quinta*, phalarum, tum tempore, tum dignitate, tum sanctitate, tum liberitate et efficacia predicandi, tum rerum gestarum gloria; unde representat totum chorum prophetarum, ait S. Hieronymus, qui praeit Christo, eique testimonium perhibet. Eadem de causa *Eliam* apparuit apostolis in Transfiguratione Christi, ut ostenderet ipsum esse Christum, seque et omnes Prophetas illi sum dare calculum, illicque attestare quod ipse esset Messias orbis salvator.

Sexto, quia *Eliam* israelis et Iudeorum fuit eius *Sexta*, protopatha, doctor, protector, apostolus. Veniet ergo, ut suos Iudeos per tot secula aberantes a Deo, ad eum et Christum reducat. Unde Eliseus *Eliam*, dum in celum raperebatur, succulabat: » *Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga eius, q. d. Tu, o Elia pater mi, eras Israelis auriga et currus, quia cum uti auriga regebas et fliebas quocunque volebas, eundemque ut curru tollerando bajulabas, protegebas ac propugnas ab Syria aliquos hostes.* Unde Septuaginta vertunt: » *Pater mi, currus Israel et equites eius, q. d. Tu, o Elia, eras totum robur, totus exercitus Israe-lis, qui magis eum servabas et delendebas tuo zelo, precibus et meritis, quam magna currum et equum multitudine. Praedicta Tertullianus lib. *de Animali*, cap. XXXV, citans hec Malachias verba: « *Elias, inquit, non ex decessione vite, sed ex translacione eventurus est, nec corpori restitutus, de quo non est exemptus, sed mundo redendus, de quo est translatus, non ex postlimio vite, sed ex supplemento prophetie, idem et ipsi et sui nominis et sui hominis.* »*

Septimo, sicut *Eliam* currus igneus rapitus *Septima*, in celum, typus fuit gloriose ascensionis Christi in celum: ita rursum typus fuit glorioi regni Christi et beatorum, quo in die iudiciorum triumphantibus ascendit in celum, ibi in eternum regnari. Apposite ergo gloriosus *Eliam* praesbit glo-

riousum Christi adventum, ut sol oriens praeferat sollem meridianum. Fuit enim Elias sua sanctitate, zelo et raptu quasi *flamea*, id est sol mundi. Vide S. Chrysostomus serm. *De Ascensione Eliae*, tom. I, ubi triumphalem Eliae currum depingens inter cetera ait: « Oportebat namque errantis populi rectorem, gubernatorem sacrorum, moderatorem discrepantium voluptatum, Israels aurigam; ut, quoniam ad jugum timoris Dei lascivos et vagos animos revocabat, frenis loriscos astrinxit, et ad iter discipline recto tenore currendum concordi quadam copulatione composuit, ita regna ecclesia currum atque equis transvolaret evectus. » Addit deinde: « Hinc poetas atque pictores in figuranda solis imaginem, exempla credo sumpsisse: qui currat atque equis fulgentibus ipsis rufilans, et fluctu Oceanii levatus inter praeruptos monium scopulos evadens, quasi ad coelestia videtur ascendere. Sol enim grecorum sermone *flamea* appellatur. Unde Elias vere *flamea*, quia currat et equis fulgentibus igne, de Oceanii fluctu, id est de mundi commotione per montium scopulos, id est per magnorum laborum difficultates, progressiens, ad coelestia devectus ascendit. » Erat enim Elias « vir cui totus mundus erat inferior », ut idem alii homil. 43, inter 27, ex variis in S. Matth. locis.

**Octava.** Octavo, quia Elias exemplum et typus est beatitudinis resurrectionis, quam in die iudicii Christus conferet omnibus beatis et electis. Unde ex Epiphanius in *Anchor.*, S. Augustinus lib. XV *De Civit.* xix, Eliam et Henoch vocat primogenitos nostre resurrectionis. Et Terribilium lib. *De Resurrect.* carnis, cap. v, 8: « Henoch et Elias, inquit, nondum resurrectione dispuncti, quia nondum morte functi, quia tamen de orbe translati, et hoc ipsum tam aeternitate candidati, ab omni vita, et ab omni danno, et ab omni injurya et contumelia immunitamentem carnis edicunt, cuinam fidei testimonium signant, nisi qua credi oportet huc futuram integratissima esse documenta? »

Moraliter, disce hic ex Eliis quanta virtus sit zelus, quantique Deus faciat zelos, utpote quos velit sibi esse vicinos, suosque esse prodromos, praecursores et indices, utt fuit antitypus Elias, scilicet Joannes Baptista; de quo Gabriel Zacharias, *Luca* 1, 17: « Ipse precedet ante illum in spiritu et virtute Eliam. » Talis fuit S. Paulus, dicens *Rom.* viii, 33: « Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? angustia? etc. » Talis fuit S. Ignatius, cuius igneas epistolae, vitam et martyrium si quis legat, ignescoit. Talis Franciscus, qui proinde adhuc vivens, sed absens, suis fratribus apparuit quasi sol in curru igneo, tanquam alter Elias zelator legis divine, suo ardore accendens orbem, eoque rapiendus in celum. « Intellexerunt namque concorditer omnes sanctum patrem absentem corpore, presentem spiritu, transfiguratum tali effigie, supernis irradiatum fulgoribus et ardoribus inflammatum; su-

pernaturali virtute in curru splendente simul et igneo, sibi demonstrari a Domino, ut tanquam veri Israelite post eum incederent, qui virorum spiritualium, ut alter Elias, factus fuerat a Deo currus et auriga, » ait S. Bonaventura in *Vita ejus*, cap. iv. De hoc suo zelo gloriatur Elias, IV *Reg.* xix, 44: « Zelo, ait, zealous sum pro Domino Deo exercitum: quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel, altaria tua destruxerunt. Propheta tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, et querunt animam meam, ut auferant eam. »

6. ET CONVERTET COR PATRUM AD FILIOS. — Varii va- Vers. 6.

rie hoc explicant. Primo, S. Hieronymus hie, S. Augustinus XX *De Civit.* xxx, Gregorius XI *Moral.* ix, et ex hi Toletus *Luc.* i, 17, sic explicant: Elias cor, id est mentem, patrum transferre in filios, excitando sciencia in filiis idem cor, id est euudem animum, fidem, desiderium et devotionem erga Christum, quod habuerunt eorum patres, ut eos filii imitentur et remulcentur, q. d. Elias sua predicatione restituere et revocabit fidem et devotionem patrum, Patriarcharum scilicet et prophetarum antiquorum erga venturum Messiam, in filiis, id est posteris, ut et ipsi viva fide et ardentis studii Christum quasi Messiam jam presentem amplectantur: itaque ignium patrum erga Christum desiderium, jam multis seculis per infidelitatem et scelerum existimatum accendet in filiis. Unde pro convertet hebraice est *תְּמִימָה הַסֵּבֶב*, id est redire faciet, q. d. Elias faciet ut in filiis redeat cor, id est mens, fides et devotio patrum. Alludit *hospe* ad *Tisla*, id est Thesbites: *Elias* enim hebraice idem est quod *Deus meus*; *Tisla* significat conversionem ad ponitentiam, restitutioem et revocationem, q. d. Elias juxta nomen suum et patriam erit Thesbites, quia convertet suorum corda per ponitentiam ad Deum suum: itaque omnia in integrum restituet et revocabit: ita S. Hieronymus. Hoc est quod ait Christus: « Elias venturus est et restituet omnia, » *Math.* xvii. Et *Ecccl.* cap. xlvi, 10: « Veniet Elias conciliare cor patrum ad illum, et restituere tribus Jacob, » id est Elias duodecim tribus collapsas a vetere versa paterum fide et religione, in pristinam et avitam pietatem restituet: per cœcitatim et perfidiam fractas et dissipatas, ostensa fidei luce redintegrit. Verum hic exppositio objici potest id quod sequitur: « Et cor filiorum ad patres eorum; » nec enim Elias cor, id est mentem et devotio patrum, filiorum transmutat in patres, ut illam ei inderet, utpote qui eam primitus habuerant, et jam erant mortui. Sed respondeo sensum esse: Elias convertet « cor filiorum ad patres, » id est, efficiet ut Judeorum cor, id est mens et fides, consensio et adherescat cordi, id est menti et fidei patrum.

Secondo, R. Salomon, Aben-Ezra, R. David, Arias, Vatablus et a Castro consentanea haec phrasim non aliud significari quam omnes, tam patres quam filios, ad unam fidem ac religionem con-

verندos, q. d. Elias convertet cor patrum ad filios et cor filiorum ad patres, id est faciet ut patres et filii habeant unum cor, id est sint unanimi in fide et amore Dei, ut uno communis corde et animo patres cum filiis, et filii cum patribus, id est tam maiores quam minores, Christianum recipiant atque colant. Unde Aben-Ezra: Erunt, ait, omnes cor unum, seu cordis unius ad revertendum ad Dominum, tam patres quam filii. Verum sic potius dixisset: Convertet cor patrum et filiorum ad Christum; iam autem dicit: Convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres.

Terterio, q. d. Elias sua predicatione et zelo effectu ut Judeos in fine mundi imitentur suos patriarchas, ut sint ipsi crediderunt, speraverunt, summe desideraverunt et amaverunt Christum venturum; ita filii eorum credant, sperent, summe desiderent et ament eum præteritum, immo presentem: itaque cor patrum a filiis inclusum ante aversum, ad eos jam credentes convertet, facietque ut Patriarche, Judeos Christo credentes, pro legitimi filiis agnoscent, et ament: « Abraham enim pater vester exultavit ut videbat dictum meum: videt et gavisus est, » ait Christus *Jean.* vii. Idem die of Isaac, Jacob, Moses, David, etc. ita S. Hieronymus, Remigius, Rupertus, Lyranus et alii. Hoc enim est reducere, vel convertere coniunctus ad alterum, nimur redintegrare amorem pristinum, reconciliare affectionem aversum: cor enim est symbolum et sedes amoris. Hie sensus sequitur ex primo, ac proinde uterque genuinus est, et connectendum. Quia enim Judeis in fine mundi erit idem cor, id est animus, fides et pietas in Christum, quod fuit patrum; hinc consequenter erit idem cor, id est amor et charitas mutua, patrum fidelium erga filios fidèles, et filiorum erga patres. Unde Lucas cap. i, 17, hec verba Malachias: applicans antitypum Eliam, id est Joanni baptista: « Convertet, inquit, corda patrum in filios; » et pro eo quod Malachias subdit: « Et cor filiorum ad patres, » verit: « Et incredulos ad prudenter justorum, » hoc est, primo, q. d. Elias, aequo ac Joannis, convertet Iudeos ad prudenter, id est ad fidem, quam de Christo venturo habuerunt presci justi eorum patres. Ita Maldonatus in *Luc.* i. Secundo, q. d. Faciet Joannes ut increduli diligenter considerent signa adventus Messie, a Prophetis prescripta, et patribus a Deo data, atque ex iis credant Messiam jam venisse, Christumque agnoscent, scilicet Christum esse hunc quem ipse eis digitus ostendit, dicens: « Ecce Agnus Dei: » hoc enim prudenter est opus. Ita Toletus in *Iam.* i. Tertio Joannes convertit incredulos, grace *gratiam*, id est inobedientes, ut veritatis Syrus, scilicet gratia et preceptum majorum, ad prudenter distinxerit, quae est amare ecclesias et aeterna, non terrena et caduca; timere et colere Deum, ejusque lexes observare: qui enim hoc facit, is sapit

Judei  
pene omnes  
nos con-  
verte-  
Elias.

Ex hoc ergo loco patet Judeos pene omnes in fine mundi convergentes esse ad Christum, per pene omnes  
Iam. i. Elias, inquit, restituit omnia, incredulitatem videlicet Judeorum qui tunc erunt residui, ad fidem convertet. » Et post nonnulla: « Quomodo ergo creditur sunt, inquies? Siquidem Elias cuncta restituit, non modo sancta quia notis, verum etiam quoniam usque ad illum diem amplior magis atque amplior gloria Christi radiis solaribus erit fulgendor, ad quae omnia cum predicatio illius accedit ad Christi fidem impellens, facilmente suscipient. » Ideo docent S. Augustinus XX *De Civit.* xxix, Theodoretus in cap. xii Daniel, S. Gregorius hom. 12 in *Ezech.*, Damascenus lib. V *De Fide*, cap. xxvii, Beda, lib. III in *Marc.* cap. xxvii, Theophylactus in cap. xvii S. Math., Ambrosius, Victorinus et Ansbertus in cap. xi Apoc., estque hec communis Patrum et Ecclesie traditio. Ubi nota: Cum ait Christus: « Elias restitutus omnia, » significat ingentem tunc fore conversionem: adhac Eliam factorum patem inter Iudeos et Gentes, tanto tempore discordes, ut uno fodere in Christi fidem et Ecclesiam coenam: insuper, Eliam collapsum cleri et populi mores reformatur, suorum zelo apostolico omnia ad avitum nitorem et primigenium splendorem, quem habuit Ecclesia tempore Apostolorum, reparaturum, ut christiana religio et sanctitas ubique mirifice splendeat et coruscet. Plura de Eliis et Henoch dixi *Gen.* v, 24, et apoc. xi, 2 et seq. Hinc rursum Julianus Archiepiscopus Toletanus, lib. I *Contra Iudeos*, probat eos jam aversos esse a Christo, ac consequenter jam venisse Christum: quia ad eum convertentur in fine mundi: nec enim converti possunt nisi aversi; Iudei autem ab aliis Christo non sunt aversi, quam a nostro Iesu Christo: ergo hic verus est Christus et Messias.

NE FORTE VENIAM ET PERCUTIAM TERRAM, — id est veniens percūtiā, vel, cum venero judicare, percūtiā. Est hendiadys, qua unum dicuntur per duo. Nam *ne forte* non ad *veniam* (quia non fortuitum et dubium, sed fixum certumque est quod

veniet ad judicium), sed ad *percutiam* referendum est, q. d. No forte cum venere judicaturus terram, inveniam eam incredulitate et sceleribus refutat, ideoque justa condemnationis sententia *percutiam* eam *anathemate*; Chaldeus, *exterminatione*; Pagninus, *occisione*; Septuaginta, ἀπόνησις; id est *penitus*, vel subito; Tigrina, *prosuspis*; alii, *fanditus*, *radicitus*; alii, usque ad *interitum*, vel internoecionem. Hebreum enim κατὰ τὴν *cherem* significat *excisionem*, qua res stirpium exscinduntur, interrumpuntur et perduntur: idem significat grecum πλάκα. Vide dicta *Levit.* xxvii, 28, et *Rom.* ix, 3. Per *cherem* ergo et *anathema* hic intellige aeternam maledictionem, prenam et ignem gehennae, cui Christus impios omnes addicet in die iudicii. Ita Remigius.

Per *terram* metonymice intellige incolas terrae, puta homines terrenos et terrena sapientes: ita S. Hieronymus. Dicit *terram*, non Iudeam, tum quia Judei quis converteret Elias, sparsi sunt per totam terram; tum quia Elias non tantum Iudeos, sed et Gentes ubivis terrarum converget, et christianam vel fidem, vel vitam et mores eius imprimet, itaque avertet ab eis anathema damnationis aeternae. Minus recte Arias per *anathema* accipit excidium Iudeorum per Titum et Romanos: agitor enim hic de die iudicii, quis precursor erit Elias. Minus apte quoque Vatablus per τὸ *forte* putat significari tempus adventus Christi indeterminatum, q. d. No forte veniam tempore incerto, quo minime poteritis, vel me expectabitis. Nam quoconque tempore veniet Christus, certe perdet impios, nisi se convertant per praedicationem Eliae.

Moraliter, disce hic primo, ex Elia qui iram Dei avertet, ne percutiat totam terram anathemate, sanctos illustres et zelosus sunt Aeternales orbis. sancti zelosi sunt Aeternales orbis.

Morali-  
ter, san-  
cti zelosi  
sunt Aet-  
ernales  
orbis.

Moraliter, disce hic primo, ex Elia qui iram Dei avertet, ne percutiat totam terram anathemate, sanctos illustres et zelosus esse quasi bases et columnas orbis, qui suis precibus, meritis et zelo cum aliquo ruiturum in exitum, fulcium et sustinet: tum quia orando manus Deo irato quasi ligant, non in vindictam prossilit: tum quia predicando sancteque vivendo peccatores compungunt, impelluntur ad corrugandam vitam. Hi enim sunt quasi angeli terrestres, quorum mens in celis est, qui terreni celsiores, et Deo quasi fortiores sunt. Talis Sodoma Atlas fuit Abraham, Gen. xviii, 23, et apud Iudeos Moses, Exod. xxxix, 14, ac Samuel, I Reg. viii, 10, et David, III Reg. xi, 12, et Ezechias, IV Reg. xx, 6, et Jeremias, cap. i, 18. Deus enim pluris fecit unum insigniter sanctum, quam centum communes justos. Ratio est quam per transemann, per lumen, inquam, nature, videt Plato in *Theeteto*, dicens: « Deo nihil est similius, quam cum ex hominibus aliquis justissimus est. » Qui sane culibet stimulus esse debet, ut jugiter ardentem conatu aspiret et contendat ad profectum, et ad culmen sanctitatis. Talis enim in cogitu justorum eminent quasi gigas, qui dextra sua caelum contingit, ibique quasi alter Jacob cum Deo luctatur, et volentem vincit. Hinc

Dominus ad Ezechielem, cap. xxxii, 30: « Quesvi, inquit, de eis virum qui interponeret sepem, et staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, et non inventi. Et effudi super eos indignationem meam, in igne ire mea consumpsi eos. » Non est dubium plures tunc in Iudea fuisse justos, sed nemo fuit tam eminens, qui staret oppositus Deo, eique flagellum extorqueret.

Talis Venefiarum Atlas fuit S. Laurentius Justinius, earumdem Patriarcha: viro enim eumdam sancta revelatum est, Deum civitatis indignantem eam perditurum fuisse, nisi precibus sui sancti Patriarche furor divinus aversus fuisset. Ibi habet ejus Vita. Talis Emesus, immo orbis Atlas fuit S. Simeon, cognomento Salus, id est statutus, quod sanctitatem suam statutis operibus colaret, cum interim multa miracula in summum sui contemptum, ac in salutem corporalem et spiritualem proximorum pataret. Cum enim quidam Emesenus civis Hierosolymitanus prefectus, se Abbatis Joannis precibus commendaret, hoc ab eo responsum tulit: « Miror te, cum Emesus habeas abbatem Simeonem, ad me hominem vistem et abjectum diverto. Nam non ego solum, sed etiam mundus totus indigit illius precibus. » Ibi Leoninus Episcopus Neapolitanus in Vita S. Simeonis.

Similes Ecclesie Atlantes fuere S. Dominicus, S. Franciscus, S. Vincentius Fererius (qui centum christianorum milia, iudiciorum 25, saracenorum octo ad Christianum convertit), si Iaponum et Indorum Atlas hoc aeo fuit S. Xaverius. Quis ergo dubitet mundum precibus talium stare sacerdotum? Quocirca merito S. Ambrosius, lib. II de Cain et Abel, cap. iii et iv: « Quam beata, aut, civitas qua plurimos justos habet, quomodo benedicitur tota de parte! Quam gaudeo, cum aliquis mites ac sapientes diu vivere video, cum virginis castas, viduis graves aspicio longevas, velut quandam incanam Ecclesie curiam prætendant ipso quodam vultu et specie gravitatis, quod juvenes reverentur, quod imitentur, quo ad omnem morum gratiam colorentur. Similiter cum aliquis huiusmodi decedit, quamvis longa senectute depositus, afficior, quia destitutus grex juvenum nro senili. » Subdit tales esse quasi civitates refugii, in quas delinquentes se recipere possint: « Denique peritura, inquit, urbis aut malorum imminentia, vel future labis hoc primum indicum est, si ei decedant viri consolatores, vel etiam graviores femme. Hinc primum ingeniunum aperitur porta malorum. » Idem docet Isaías cap. i, 1 et seq.

Disce secundo, assecurare et ponderare ultimum cherem et anathema, que suam omnesque aliorum prophetas claudit Malachias, ut illo stimulo incitat omnes ad plam sanctamque vitam. Eodem sua oracula concordit Isaías dicens: « Et egredientur, et videbunt cadavera virorum qui prevaricati sunt in me: verius eorum non morieruntur,

et ignis eorum non extinguetur: et erunt usque ad satietatem visionis omni carni. » Hoc est *cherem*, quo ferientur et siderabunt impii ultimo et decreto eius mundi die, qui erit horizon temporis et aeternitatis, cœli et gehenna, quando a Christo judice in valle Josaphat, quasi in orbis universo theatro, ad aeterna tormenta dammandi, pavidi et attoniti audient: « Discide a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus; » atque illico igne conflagrationis convoluti, a demonibus in tanta rapacient, ubi in aeternum separati, immo maledicti a Deo, angelis et beatis, perpetuo carcere conclusi, nunquam amplius videbunt solem, stellas, vel ullam lucem, nullam letitiam aut consolationem percepient; sed in perpetuis incendis voluntabuntur: ubi fulmus tormentorum ascendit in secula seculorum. Hoc cogita cum te libido stimulat, cum ambitio sollicita, cum ira exagitat, cum caro blanditur, cum mundus allicit, cum demon fallaces suas illecebros et pomps ostentat. In manu, in arbitrio tuo sunt vita et mors, cœlum et gehenna, salus et damnatio, felicitas et infelicitas tua semperna. Elique quod mavisi. Cogita: « Momentum quod delectat, aeternum quod cruciat. » Et vicissim: « Momentum quod cruciat, aeternum quod delectat. » Praecclare S. Chrysostomus homil. I de Lazaro: « Si quis, inquit, in centum annis visisset per unam noctem suave somnum, nullusque dolicis per somnum fructus, centum deinde annis cruciaretur, num is vellet unam noctem qua sonnabat, centum annis equiparare? Hoc de futura vita cogita. Nam quod est somnum unum ad centum annos, hoc est praesens vita ad futuram, immo multo minus. Quod est exigua gutta, ad pelagus immensus, hoc sunt milie anni ad futuram frumentum; quantumque interest inter somnia et res veras, tantum interest inter hujus vita statum et illius. » Quid enim sunt aliud omnes res et spes mortalium, « quam somnia vigilantium? » ait Philo: « Quid videot ei magnum in rebus humanis, cui eternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo? » ait Cicero Tusc. IV.

Ex adverso cogila quam dispar sit *cherem* sanctorum, anathema beatorum. Impii sunt *cherem* justitiae et vindictae divine; sancti sunt *cherem* misericordiae et gloriae divine. Impii sunt *cherem* diabolici et electi sunt *cherem* Dei, id est res sacra ab usibus profani separata, Deo Deoque laudibus in aeternum dicata. Impii sunt anathema, folles et fomenta gehenna; Sancti sunt anathema cœli et Jerusalem celestis, uti in ea ad perennem Dei gloriam per aeterna secula resplendent.

Probus ergo plusque esto, fuge illecebros mundi, mortifica concupiscentias, sustine morbos, despctus, aerumnas, persecutions; stude puritati, sanctitatem cole, entire ad omnem virtutem: modicus erit brevissime omnis labor tuus; sed ingens premium te manet, et corona immarcescibilis. Id enim quod in presenti est momen-

*Eternitas hy-  
potyposis*

taneum et leve tribulationis nostra, supra modum in sublimitate aeternum glorie pondus operatur in nobis, II Cor. iv, 17. « O fragilis humana, exiguum est quidquid agis propter spem aeternorum, » ait Eusebius Emessenus (vel potius Eu-cherius Lugdunensis aut quisquis est auctor) hom. De S. Maximo. Quocirca S. Antonius, teste S. Athanasio in eius Vita, hoc beatum *cherem* suis inculcabat, ut jugis esset stimulus ad heroicam sui victorianam, omnemque perfectionem: « Hoc, inquit, sit primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepi propositi vigore lassescere, sed quis incipientem augere sompni debere quod ceperit, preserim cum humane vite spatha eternitati comparata brevissima sint. » Et mox: « Promissio vite aeternae vili pretio comparatur, scriptum est enim: Dies vita nostra septuaginta anni; si autem in potentibus, octoginta. Quando ergo octoginta aut centum annis laborantes in Dei opere vixerimus, non tanto tempore regnaturi sumus in futuro, sed pro annis predictis omnium nobis seculorum regna tribuenient, etc. Nemo cum asperxit mundum, nullusque se arbitretur ingentia: quia omnis terra ad infinitum celorum comparata brevis ad parva est. »

O eternitas, quanta, quam durans, quam constans et eterna es! *Cherem* es, anathema es. O menes amentes, que tui obliviscuntur! o stupor stupidorum mortalium, qui te pro momento voluntatis divident et prodigunt! Obstupescite, coli, super hoc, et protege eum, desolamini vehementer. Si Deus daret discretionem Judas, et culibet damnato: Singulis milennis annis pro tuis peccatis emittes unam duntaxat lacrymam; et quando ex modo per tanta annorum intervalla, tot lacrymas emiseris, ut is totam mundi capacitatem implreas, miserabilis tu, teque ex inferni ignibus penitus eripiam; gauderet sane Judas gaudio ingenti et ineffabili, eo quod aliquam haberet salutis spem. Sed quam longa haec spes, quam vasta annorum ei in penitus ementienda essent spatia? quot milena annorum millia ei expectanda, antequam lacrymas suis vel seyphum impleret? quot milliones annorum, ut poculum? quot cubi millionum, ut dolum unum? Quando ergo cubulum, quando domum, quando urbem, quando unam provinciam, quando terram, quando aeternam, quando celum lacrymas suis compleret? At jam infelix Judas in quidem haec spem habet, sed etiam per haec annorum interstitia totum mundum lacrymas implesset, neclum finis, nec medium, immo neclum principium esset eis misera eternitatis: quia novus ei mundus priori similis, lacrymas implendas pararet a Deo; et eo impletio, terfus et post eum quartus, quintus, sextus, et ita deinceps sine numero et termino. Idem est ex adverso de gloria S. Pauli, et cuiusvis beati.

*ETERNITATEM MEDITARE*, ingredere et penetra quantum potes: quo profundius ingredieris, eo longiore et profundiorem reperies: Ayssus

EST. Semel dictum, iterum iterumque, imo semper dicendum : *ETERNITATEM MEDITARE.*

*ad II. Virg. nem*  
O. B. Virgo Deipara, prophetarum regina, aeterni Verbi, ejusque fiducia et filiorum mater aeterno ordinata, que Deum nobis tua carne virginem corporasti; per eumque beatae eternitatis nobis adiutum devita morte reserasti, offer hoc meum, imo tuum opus benedicto filio tuo Iesu Christo, Salvatori nostro, ac toci SS. Trinitati, ab eaque impetrata, ut quicunque illud lecturi sunt, ad ejus cultum et laudem perennem accendantur. Ipse enim est felix aeternitas sua nostra. Effice ut eam quasi summum bonum ardenter diligamus; atque ex adverso peccatum et gehennam, quasi summum et aeternum malum, summe horreamus et fugiamus: ac proinde effice pariter ut beatae et miserae aeternitatis memoria, timor et amor jugularis nobis obversetur, ut **BEATAE ETERNITATI VIVAMUS**, certe, laboremus, patiamur dura et acerba quaere. Averte a nobis *cherem* et *anathema reprobationis aeternae*. Fao et forma nos

*cherem et anathema* Deo, in templo et gloria colesti. Filii tui sumus, vel esse cupimus. Monstra ergo te esse matrem, nunc et in hora mortis nostre. Amen.

Omnis consummationis vidi finem: latum manatum tuum nimis, *Psalm. cxviii.*

In sempiternum avum thesauryza. *S. Nazianenus in Sentent.*

Junge cor tuum *Eternitati Dei*, et cum illo aeternus eris. *Augustinus in Psalm. xcxi.*

Nullus labor durus, nullum tempus longum, quo gloria *Eternitatis* acquiritur. *Angeli apud Beدام in Histor. lib. III. cap. xix.*

Pro paucis annis laboris omnium nobis secundorum regna reddentur. *S. Antonius apud S. Athanasium.*

Vera beatitudine est saeculi beatitudinem spernere, neglegendis terrenis in divina flagrare. *S. Eucherius ad Valerianum.*

## INDEX

## LOCORUM SACRAE SCRIPTURÆ

QUE IN HOC POSTERIORE COMMENTARIORUM TOMO EXPLICANTUR. VEL OBITER ILLUSTRANTUR.

Prior numerus paginam, secundus columnam, si unus tantum sit numerus, signum est ad proxime praecedentem referri.

## EX VETERI TESTAMENTO.

### EX GENESI.

*Cap. 2, vers. 6.* Firmamentum in medio aquarum, *pag. 242, col. 1.*

*iibid.*

*x, 9.* Lignum vite in medio paradisi, *iibid.*

*x, 11.* Ex illa terra egressus est Assur, et aedificavit Ninive, *ibid.*

*xix, 24.* Pluit Dominus a Domino ignem, *ibid.*

*xxi, 20.* Beneficent in semine tuo omnes gentes, *ibid.*

*xxv, 23.* Major servit minor, *ibid.*

*xxix, 31.* Vident autem Dominus quod despiceret Liam, *ibid.*

*xlvi, 9.* Dies peregrinationis meæ, etc., parvi et mali, *ibid.*

*— 31.* Adoravit conversus ad lectuli caput, *ibid.*

*lxix, 18.* Saluare tuum expectaboo, Domine, *ibid.*

### EX EXODO.

*Cap. xiii, vers. 17.* Non duxit eos per terram Philistim, quia vicina era, *ibid.*

*453, 4.*

### EX NUMERIS.

*Cap. xi, vers. 7.* In omni domo mea fidelissimus est, *ibid.*

*387, 1.*

### EX DEUTERONOMIO.

*Cap. xxiii, vers. 2.* Dominus de Sina venit, et de Seir oritur est nobis, apparuit de monte Pharan, et cum eo sanctorum millia, *ibid.*

*248, 1.*

### EX LIBRO JOSUE.

*Cap. xiv, vers. 15.* Adam maximus ibi inter Enacim situs est, *ibid.*

*110, 1.*

*xv, 5.* Cederunt funiculi Manasse absque terra Galaad, *ibid.*

*373, 1.*

*xiv, 7.* Adduxit super eos mare, et operuit eos, *ibid.*

*581, 2.*

### EX LIBRO JUDICUM.

*Cap. v, vers. 21.* Qui diligunt te, sicut sol in orbe suo splendet, ita rutilant, *ibid.*

*608, 1.*

*vi, 15.* Ecce familiæ meæ infima est in Manasse, *ibid.*

*111, 1.*

*xv, 16.* In maxilla asini, in mandibula pulli asinorum, *ibid.*

*195, 2.*

### EX LIBRO I REGUM.

*Cap. ii, vers. 18.* Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, *ibid.*

*30, 2.*

*xxvi, 8.* Nunc ergo perfidiam cum lancea in terra, *ibid.*

*106, 1.*

*ix, 14.* Eruipimus ad australē plagam Cerethi, *ibid.*

*289, 2.*

### EX LIBRO II REGUM.

*Cap. xiv, vers. 14.* Omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur, *ibid.*

*66, 2.*

*xii, 7.* Pepercit rex Miphisebeth filio Jonathæ, *ibid.*

*604, 2.*

### EX LIBRO III REGUM.

*Cap. iv, vers. 25.* Unusquisque habitavit sub vite et sic sua, *ibid.*

*394, 1.*

### EX LIBRO IV REGUM.

*Cap. ii, vers. 12.* Pater mi, currus Israel, et auriga eius, *ibid.*

*615, 2.*

*ix, 24.* Jehu implavit manum suam in arcu, *ibid.*

*463, 1.*

*xvi, 24.* Et collocavit eos in civitatibus Samarie, et habiterunt in urbibus ejus, *ibid.*

*68, 1.*

### EX LIBRO I PARALIPOMENON.

*Cap. iii, vers. 17.* Fili Jezechiae fuerunt Asir, Salathiel, Melchiram, Phadaia, etc., *ibid.*

*318, 2.*

### EX LIBRO II PARALIPOMENON.

*Cap. v, vers. 8.* Cherubim expanderent alas super locum, *ibid.*

*581, 2.*

### EX LIBRO I ESDRÆ.

*Cap. vi, vers. 19.* Fecerunt pascha decima quarta die mensis primi, *ibid.*

*317, 1.*

### EX LIBRO II ESDRÆ.

*Cap. iv, vers. 5.* Ne operis iniuritatem eorum, *ibid.*

*581, 2.*

### EX LIBRO JOB.

*Cap. iii, 3.* Pereat dies in qua natum sum, *ibid.*

*533, 2.*

*ix, 6.* Qui commovet terram de loco suo, etc.: qui precipit soli, et non oritur, *ibid.*

*373, 2.*

*— 7.* Stellas clausit quasi sub signaculo, *ibid.*

*351, 1.*

*xiii, 14.* Circa cardines colli perambulat, nec nostra considerat, *ibid.*

*367, 1.*

*xix, 18.* Et sicut palma multiplicabo dies meos, *ibid.*

*609, 2.*

### EX LIBRO PSALMORUM.

*Psalm. vii, 15.* Ecce parturit iniquitatem, concepit dolorem, *ibid.*

*202, 2.*